126

Sic iste mentes licet circa carnem versen
tur· et terrena quantum ad inhabitatōnē
et necesseriam vite sustentatōnem ·carnē
tamen et terrena non contingunt per cō=
sensum et delectatōnem· et hoc fit per mē
talem abstractōnem· Qui sic sunt sublima=
ti iam non in terra/sed incelo/non in car
ne/sed in spiritu moueri et viuere videan=
tur/vt possint dicere cum apostolo Galla
thas secundo· Viuo ego iam non ego ·vi=
uit vero in me christus· Hunc decorem ade
ptus fuit Augustinus cum dicebat decimo
confessionuz· Tu refulges et places/ ama
ris et desideraris/ vt erubescam de me/et
abiiciam me atqz eligam te· et nec michi
nec tibi placeam nisi de te· rc

·cxxxv· Subsermo tercius

In delicijs paradisi dei fui=
sti· In verbis istis beat9 au
gustinus attollitur a diuine
suauitatis pregustatōne d
liciosa ·quia sibi dicitur· In
delicijs paradisi dei fuisti·
Vbi tria sunt videnda ·Primo quis sit iste
paradisus in quo dicitur Augustinus fuisse
quia dicitur paradisi dei· Secūdo que sint
delicie eiusmodi paradisi·quia dicitur · In
delicijs· Tercio quomodo Augustin9 i istū
paradisum venerit · et quomō exuerit ·qz
dicitur fuisti non dicitur es· A Quantū
ad primum sciendum q̄ est triplex paradi=
sus quantum ad p̄ns· Primus est in terra·
qui dicitur terrestris· Secundus est in ani
ma qui dicitur mentalis vel sp̄ualis· Ter=
cius est in celo qui dicitur celestis· In pri=
mo et tercio paradiso non legimus Augu=
stinum fuisse ante eius euolatōnem · Sed
in medio non est dubium eum fuisse post
eius conuersionez· De quo nobis sermo ali
is omissis· Iste sp̄ualis paradisus non est
aliud nisi deliciosus status interioris homi
nis omniū bonorum aggregatōne pfect9
vt per hoc quod dicitur interioris hominis
differat a perfecta beatitudine qua vel ē
totius hominis sicut post resurrectōnem l
anime separate· vt nunc in beatis anima
est separata totaliter non dicitur interi=
or homo· Et iste paradisus tanto vere bea
titudini est proximior·quanto raptus fue
rit a corpore et corporeis sensibus abstra=
ctior· De hoc paradiso Augustin9 super ge
nesim dicit sic· Ecclesia in seculo iuste viuē
tibus paradisus dici potest pollens afluē=
tia gratiarum castisqz delicijs · Et q̄ dicit
ecclesia intelligitur de omni anima in mi=
litante ecclesia · Videns enim deus q̄ ho=
mo per peccatum paradisum terrestrem p
diderat condoluit homini et preparauit
ei paradisum sp̄ualem in quo sp̄ualiter de=
lectaretur/et gaudia paradisi celestis mē
taliter pregustaret · Et iste paradisus est
de quo dicitur Eccl· quadragesimo · Gra=
tia sicut paradisus in benedictōnibus ·
B Quantum ad secundum sciendum q̄ d
licie huius paradisi possunt accipi secundū
similitudinem deliciarum paradisi terre=
stris· In quo corporaliter fuerunt hec tria
videlicet aeris serenitas·loci amenitas· z
odoris suauitas· In quibus tribus delicie
corporales videntur consistere·vnde dice
batur locus deliciarum · Si enim aer clar9
et serenus sit ad acceptōnem luminis sola
ris multum visum hominis delectat ·Eccl·
duodecimo· Dulce lumen rc· Similiter lo=
ci amenitas multum facit ad deliciositatez
vt si sit graminibus et floribus plenus ar=
boribus consitus/et aquis et riuulis deco=
ratus· Similiter odoris suauitas· Ad hoc p
tinet vt loc9 sit plene deliciosus/ vt sic om
nes sensus sui delectabilius efficiantur· Hec
omnia erant in illo terrestri loco· Et ideo
paradisus est appellatus· Decebat autem
q̄ talis locus primo homini secundum sta=
tum suum et condicōnez assimilaretur· Nā
primus homo in statu ante peccatum erat
plenus sciencia·erat perfectus in innocen=
tia et reficiebatur mentis dulcedine et ex
periencia· Primo erat plenus scientia· Nā
secundum magistrum in secundo sententia
rum acceperat triplicem scientiam·scilicet
dei/sui/ et creaturarum · Sciuit enim q̄ a
deo factus fuit ·et ad quid/et quid debe=
ret deo·et quomodo ei esset obligatus· Co
gnouit suam condicōnem et naturam · et
forte melius q̄ vnquam aliquis homo· Si
militer naturas rerum et altissimū pfectis
sime sciuit· Quod ex hoc patet/ q̄ ipse ani=
malibus nomina imposuit· Tali igitur sere
nitati cognitōnis interioris merito debuit
respondere serenitas lucis exterioris vt lo
cus conueniret locato· Secundo prim9
homo pfectus fuit in innocentia et gra=
tia· Nam dicit Augustinus · Princeps vitio
rū dum vidit adam de limo terre ad imagi
nem dei factū/ pudicicia armatū/ tempan
tia compositum/caritate splendidum/illos
primos parentes talib9 bonis expoliauit·
Ecce q̄ta amēitas grāz et v̄tutū erat in
aīa prior̄ p̄etū· z iō valde decēs fuit/ vt
amēitas corpal̄ et loci exterioris cōueīrz cum
amēitate sp̄uali et itiori· Ter° pri9 hō ha=
buit dlectatōz z dulcedīez ī mētali expien=
tia· Naz dicitur in genesi q̄ īmisit domin9

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0249
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt